



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

XXXVI. Filius meretricis suae redemptor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

tis facinoris arguetur: & si grave est amittere filios, longe gravius occidere. Nonne hoc dicit, sola dominabor, cum & hic veneno meo perierit, & illa mendacio? judicasti pater, qui & repudiatam non accusando absolvisti, & uxorem non defendendo damnasti.

XXXV.

Speciosus defertor.

DESERTOR DUCI SERVIAT. VIRO FORTI PRÆMIUM. Pauper & dives inimici: dives creatus est imperator. Pauper sub illo cum filio specioso adolescente militavit. Pauper fortiter fecit, adolescens deseruit. Dives ¹ jure agit, pauper præmio petit ut occidatur.

PRO PATRE.

Fillum meum si liberare non licet, saltem liceat occidere. Creditis, judices, quod filio meo bene inimicus velit, pater nolit? profiteor, mortem me filii mei non quidem velle, sed malle. Vos cogitate, quanto sint mala illa graviora, quorum sunt etiam remedia crudelia. O fili! morere constanter, fac hoc saltem, quasi meus filius.

XXXVI.

Filius meretricis suæ redemptor.

Diversas meretrices amabant pater & filius. Pater filio pecuniam dedit, ut amatam patris redimeret. Ille suam redemit: abdicatur.

PRO FILIO.

Rideri me, judices, opinabar à patre, cum se quoque amare dicebat. Pater, ² quod patior, agnoscit: quid in me pater reprehendat, ignoro. Et amandam meretricem consentit & emendam. Sciebas utique quid malle. Paria sunt nobis in amore tormenta primum, quod amor velis nolis in senectute frigidior est.

XXXVII.

¹ Jure egit.] Lego, agit. nempe ut sibi duci serviat ex lege speciosus adolescens defertor. *Pithæus.* ² Quod potior.] Malim, patior. & paulo post, paria non sunt nobis. Idem.